



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Nomina Corsicæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

De Corsica, & Sardinia.

§. I. Historica descriptio Corsicæ.

NVM. I. Nomina Corsicæ.

CYRNVS à Græcis, à Romanis & indigenis CORSICA, dicta est Diodoro libro 5. *Cursea*, Procopio *Cerneatis*, Lycophroni *Corsis*, Dionysio Afro *Sidis*. Et Cynus vocata est à Cyno filio Herculis, Seruio, & Isidoro; Corsica autem à muliere Ligure nomine Corfa, quæ nauigio taurum infecura hanc Insulam derexit in quam traiciebat ad pastum, sic Isidorus, & Eustathius; quod tamen videtur ἀδύνατον de tauro traiciente, siquidem proximum Populonium 60. Mil. Passuum distat, ait Plinius. Eustathius aliam affert nominis etymologiam ἀγὰ τὰς ἐν αὐτῇ κόρρας, quas explicat κορυφὰς *vertices montium*. Callimachi Scholiastes ait suo tempore dici, *Tyros*, quod ægrè admittit Ortelius.

NVM. 2. Quantitas Corsicæ.

IN eâ consideranda longitudo, latitudo, circuitus; distantia Freti inter hanc Insulam, & Sardiniam.

| | | | | | | | |
|--|---|--|---|--|--|---|--|
| LONGITUDO CORSICÆ | Chorographo apud Strabonē 160. M. P. | Plinio 60. M. P. | Martiano Capellæ 150. M. P. | Orosio 160. M. M. | Ptolemæo 130. Mil. P. | | |
| CORSICÆ LATITUDO | Chorographo 70. M. P. | Plinio 50. M. P. | Capellæ 50. M. P. | Orosio 25. M. P. | Ptolemæo 70. Mil. P. | | |
| CORSICÆ CIRCIVITVS | Chorographo 400. M. P. | Plinio 322. M. P. | Capellæ 1325. M. P. | Orosio <i>tacetur.</i> | Ptol. sex M. stadiorū, seu 450. Mil. P. | | |
| LATI- TUDO FRETI quod Ta- phros | SCYLAX Traic- tus 3. partis vnius dici | PLINIO minus IX. milli- bus pas- suum | ZONARÆ tā exiguo traicctu vt vnâ ex orâ alia videatur. | PAV- SANIÆ 8. stad. seu Mil. Pas. | STRA- BONI 7. Mil. Pass. 500. Pass. | CA- PEL- LÆ IX. Mil. Pass. | ISI- DORO XX. Millia Pass. |